

## C A P U T XXXIX.

2f. Aqua Rosar. Lujul. aa. ʒj. Laudan. Liquid. gur.  
xiiij. Syrup. Diamoron. ʒβ. Misc. fiat Julapium.

Sunt inter Medicos qui præscribunt Diacod. ʒj.  
Laudan. Liquid. gut. xiv. in aqua Primula veris. Exi-  
stunt etiam Diarrhaem infantum inhibendam non  
esse, ex eo quod sit naturæ conatus ad materiam  
morbificam expellendam, quorum sententiæ nos  
calculum nostrum adjicimus.

Quæ symptomata apparent antè Variolarum eruptio-  
nem vix attendenda sunt: Sed si, cum jam egressæ  
fuerint, denud evanescant, Salia Volatilia, Urinosa,  
spiritus Viperarum, C. C. &c. Elixir Propriet. Essent. Mir-  
rh. &c. maximè convenientiunt ( Quæ etiam juncta Ce-  
phalis in Comare & Epilepsia multùm valent. )

Si Saliva viscida ægros infestet aded ut in suffocatio-  
nis pericnlo videantur (quod & sepè contingit, circa di-  
em undecimum) Gargarismata in usum revocanda sunt.  
Vulgare hoc Medicorum præscriptum multùm confert.

2f. Cortic. Ulmi ʒvj. Glycyrrhiz. ʒβ. Passifl. Exacinat.  
xxii. Rosar. Rubr. pug. ij. Coq. in s. q. Aquæ Fontan.  
ab ib. iij. in Colatura Dissol. Mel. Rosar. Oymell. Simpl.  
aa. ʒij. Misce fiat Gargarisma. Quoad alia sympto-  
mata, consule alios authores qui eadem fusiū stractarunt.

Externè, cum pustulæ duriuscule evaserint, inunga-  
tur facies Oleo Amygdalar. Dulc. vel Cremore lactis  
commixto pollini fabrilissimo Erasii recenti optimè siccari.  
de quibus fiat Unguentum, quod non solum cutis Pru-  
ritum, sed & ejusdem deformitatem impediret.

---

## C A P U T XL

De Chlorosi.

1. Affactus hic Chlorosi dictus, quandoque Isteri al-  
bi, morbi Virginei, Febris alba, &c. nomine  
audit: estque Cachexia, vel mala corporis dispositio.

2. Signa sunt Lassitudo totius corporis, Spontanea, fa-  
cies

cies pallida & livida, respiratio difficultis, specia-  
tim si corpus moveatur palpitatio cordis, Arteria-  
rum pulsus citior; Intumescens totius corporis,  
Tibiarum, Pedum, &c. totum etiam corpus molle  
& flaccidum existit; adest etiam dolor Ventriculi,  
Cephalalgia gravativa, appetitus depravatus, men-  
sium suppressio, &c.

3. Causa. Internè, sanguis nimium redundat pi-  
tuita viscosa, & acida, vasa Capillaria, speciatim  
quæ uteri regionem occupant, obstruente.

Externè somnus nimius, exercitii & motus defe-  
cūs, vitæ genus sedentarium, præcipue autem vi-  
etus incongruus ventriculi & aliarum partium fer-  
mentum enervans.

4. Affectus hic; non est periculosus, si in Virgi-  
nibus oriatur ex mensium suppressione, non aliàs fe-  
licius quam ex mariti consortio curabitur.

5. Therapeia. Causæ externæ removendæ sunt;  
pituita acida & viscosa corrigenda & expellenda  
est; obstructiones reserandæ, &c.

Primò ita si ventriculus impuritatibus saturetur,  
& vires non prohibeant, leve Emeticum conducit;  
sed in omni casu Catharticum aliquod de tenuiorum  
genere sèpiùs exhibendum est; ut corpus à mate-  
ria illa viscosa liberetur. Ex. gr.

R. Pilul. Stomach. cum Gumm. Zij. Sal. Urin. Ðß. Ol.  
Menth. Fænicul. aa. gut. iii. fiant Pilulæ, vel,

R. Chalib. prepar. Dibzenn. aa. Ðß. Cariophyll. Nuc. Mos-  
chat. aa. Zij. Misc. f. pulvis pro una dosi. Vel si magis allu-  
beat exhibeantur Infusiones Purgativæ, vel Apozemata  
cum Sem. Agaric. Rhubarb. &c. semper tamen iunctis A-  
pertivis huic affectui congruis; è quibus præcipua sunt  
Rad. Ari, Aristoloc. Brian. Summitar. Scordii, Artemisia;  
Absynth. Ruleg. Centaurii min. Nept. Agrimon. Croc. Sem.  
Dauc. Fænicul. Anis. Et Aromaticis, ut Cariophyll. Nuc.  
Moschat. Cinam. Cort. VVint. Piper. &c. Conducunt etiam  
omnia Volatilia Antiscorbutica capite 28. descripta, &c.  
Gummata, ut Aloe, Ammoniac. Galban. Myrrh. Sed  
preparata ex Marte, ut ejusdem crocus, sal, extractum,  
Tinctura, &c. in hoc morbo debellan lo nullis ferè re-

mediis loco cedunt. His adde *Sal. Volar. Ol. Tinet.*  
*Antimon. Spir. Tartar. &c.*

R. *Tinet. Antimon. Tinet. Martis aa. ʒj.* Misce.  
dolis ad gutt. xxx. vel xl. in aqua *Artemisia.* Vel,

R. *Spir. Sal. Armeniac. Tinetur. Croc. Spirit. Sabin.*  
*aa. ʒj. Effent. Nuc. Moscat. ʒj.* Misce, dolis à gut.  
xl. ad l. in *Vino Chalybeato.* Vel,

R. *Croc. Mart. Bezoard. Mineral. aa. ʒj. Facula*  
*Byron. ʒj. Ol. Cinamom. gut. iv. f. Pulvis.*

Hæc & similia per tres aut quatuor septimanas  
exhibeantur, purgationibus etiam levioribus quan-  
doque intercalatio.

Nisi hæc ultimò prescripta sudorem moverint adhi-  
benda sunt etiam *Diaphoretica* (nempè post correctio-  
nem & evacuationem materiae peccantis) ad recre-  
menta expellenda & loucophlegmatiam abigendam.

## C A P U T X L I.

*De Mensium Suppressione.*

1. E st vel totalis suppressio, vel diminutio natu-  
ralis evacuationis sanguinis menstrui, quæ ju-  
re naturali quoque mense fieri confuescit.

2. Causa oritur, vel à vitio sanguinis, qui cum ni-  
mium viscidos & spissior existat fermentatio menstrua-  
ritè non peragitur; vel à vitio vasorum evacuatio-  
ni inservientium, quæ occlusa vel nimium angusta  
redduntur ope materiæ cuiusdam glutinosæ vel for-  
san lumbricorum, lapillorum, uteri & partium ad-  
jacentium intumescentiæ, nimiæ pinguedinis, &c.

Inter C usas externas recensentur aer frigidus; ægrì  
introitus in aquam frigidam, ipso fluxus tempore;  
pravæ sanguinis diathesis, unde fermenta stomachi,  
&c. depravantur; etiam mœror, timor, ira, &c.

3. In

3. In affectu hoc dignoscendo, ipsius ægri testimoniū certissimum est signum. Si oriatur ex vasorum obstructione, adest Torpor, appetitus imminutus, intumescentia Abdominis, dolor Lumborum & partium vicinarum, sæpius etiam fluxus sanguinis ad aliam quamlibet portam, vel nares, vel os, &c. qui circa tempus debitæ evacuationis menstruæ invadit. Si oriatur à Sanguinis vitio, adest Cachexia.

4. Est Morbus Chronicus; & nisi tempestivè cauteatur, forsitan Hydropem, Suffocationem, Pthysin, &c. producit.

5. Cura. Ab initio, primæ viæ sunt purgandæ, exhibendo Cathartica; qualia capite ultimo prægresso memoravimus; quibus adde Extract. Colocynth. Elater. Scammon. Resin. Jalap. &c.

R. Pilulæ ex duobus & Stomach. cum Gumm. aa.  
3j. Castor. Croc. Sal. Martis, Artemis. aa. 5j. Oleum Stillarit. Sabin. gut. x. cum Sir. Absint. f. Pilulæ Dosis. 3l. Exhibenda eodem circiter tempore quo menstrua profluere consueverant. Apertiva etiam superiore capite recentita; non incommodè huc referentur, quibus insuper adde Radic. Perasid. Angelic. Imperator. Zedoar. Folia Rut. Major. Menth. Sabin. Eorumdem etiam Salia & Olea Destillata, cum Tinet. Castor. Gum. Guajac. Ammoniac. Myrrh. &c. multum præstant; speciatim, si Volat. Ol. pro tincturis extrahendis adhibeantur, exinde enim majori vi pollut in obstructionibus referandis, cum debitibz vehiculis propinata. Enemata Calidiora injecta & diu retenta laudantur; & satis novimus Phlebotomiam circa tempus evacuationis menstruæ consuetum multum conferre; quod ad Infectiones. Pefaria, Ednea, Unguenta, &c. attinet, non opus est quod in angustis hisce schedulis super hoc themate verba faciamus, quandoquidem plurimi prostant autores qui materiam illam prolixe satis tractaverint; quos consulere dignetur lector.

84

---

## C A P U T X L I I .

De Nimio Mensum Profluxu.

1. **M**enses nimium profluere dicuntur; vel quando saepius quam fas est fluunt; vel quando diutius quam par est fluxum protrahunt; vel quando majori quantitate quam solitum est peccant.

2. **Causa.** Sanguis vel nimium attenuatus, vel nimium abundans; vasa etiam uteri, vel nimium laxata, vel humida; vel supra modum referata, vel rupta, &c.

**Cause Accidentales** sunt nimia calidorum & acrum ingurgitatio, Dæta tenuis sanguinem attenuans, pharmaca ejusdem generis ingestæ; vigilæ nimiae, exercitium corporis nimium; etiam timor, vulnera, iæsus, casus, &c.

3. Quod major est fluxus, & quo diutius persistit, eò majus inest periculum & contra. Si fluxus augatur, vitibus ægri interea prostratis, malum est om̄en. Si nullum aliud morbi genus produxerit, & mulieres sint Juvenes, vix umquam cura fit irrita. Sed in mulieribus senioribus fluxus inveteratus sæpe incurabilis est.

4. **Cura.** Primo sanguis rectificandus; humores noxii expellendi; si Biliosi, exhibeantur Tamarindi, Rabarb. Diacuth. Passifl. &c. sin autem magis serosi existant.

R. Elect. Lenitiv. 3ij. Pulv. Jalap. 3j. Ol. Vitri. gut. iiiij. Misce. Vel huic simile prout exigit necessitas.

Deinde adhibeantur *Incrassantia Terrea*, & alia Adstringentia ut *Plantago*, *Bursa Pastoris*, *Rosa Rubra*, *Tomentilla*, *Bistorta*, &c. *Terra Sigillata*, *Bulus Verus*, *Carrechu*, *Lapis Hematitus*, *Sanguis Draconis*, *Corallia*, *Crochus Martis* Adstringens, &c. Ex. gr.

R. Semin. Plantag. Papav. Hyoscyam. aa. 3ij. Succin. flav.

Sang.

*De Nîmo Mensium Profluxu.*

35

Sang Dracon. aa. 3j. Cum Syrup. è Ros. sicc. f. Elect. vel vi-  
ce Papav. & Hyosciam. adhibetur Landan. Opiat quod  
maxima efficacia præditum est in morbo hoc profligan-  
do. Vid. Cap. de Hamoptoe, & de Dysenteria.

Externè Ligaturæ, & Cucurbitulæ, nil nocent,  
sed ad revulsionem optimum medium est venæse-  
gio, si nempè vires constent, & ætas sit Juvenilis.  
Non incommodè etiam Hypogastrio, regioni Pubis,  
&c. applicantur Adstringentia, ut *Acetum*, *Decoctus*  
*Aluminis*, *Tormentilla*, & similia.

Fluor Albus eadem planè methodo curatur, sem-  
per tamen addendo *Terebinthinam*, *Camphoram*, &  
*Saccharum Saturni*.

---

## CAPUT XLIII.

*De Passione Hysterica.*

1. *E*st Affectus Convulsivus ortus à vitiosa quadam au-  
stera vel acida materia fibras nervosas Uteri vel  
Plexus Mesenterici irritante; undè Spiritus Animales  
in furorem & tumultum concitantur, & ex impetuosa  
sua expansione varia symptomata producunt, ut Ab-  
dominis Murmurillum & Distentionem, Hypochon-  
driorum Dolorem acrem & pulsativum, Nauseam,  
Gutturis Suffocationem; quandoque Pallorem, quan-  
doque etiam omnis sensus & motus penitus abole-  
tur, undè subsequitur vertigo. capitis, ventriculi,  
& aliarum partium, dolor, & totius corporis laf-  
titudo.

2. Morbus hic raro lethalis est sepissime autem contu-  
max & chronicus. Si vehementer urgeant symptomata  
& egra senescat, vel gravida, vel puerpera fuerit, im-  
minet periculum, quandoque autem virgines perbellæ.

ex hominis benevoli consortio , jucundissimam & felicissimam curam nancisci satagunt .

4. Cura (durante paroxysmo) consistit in spiritibus debaccantibus reducendis & compescendis ; & (extra paroxysmum) in materia acri peccante corrigenda & amovenda . In Paroxysmo : Spir. Fuliginis , Urin. C. C. Ungul. Equi , & ejusmodi Spir. Volar. Fætid , vel naribus admoti , vel inditi , vel temporibus inuncti , vel etiam internè cum vehiculis congruis propinati , & commixti Tinct. Castor. Croc. Ol. Destillat. Rut. Succin. & similibus , nec non tantillo Laudani (non odorati) prout postulat occasio . Ex. gr.

R. Aq. Meliss. Aq. Bryon. Compos. aa. 3ij. Spirit. Sal. Ammoniac. Laudan. Liquid. Tinct. Cast. aa. gut. xxx. Ol. Succin. gut. vj. Syrup. Artemis. 3j. Misce . Dosis bina Clearia, saepius.

Præter hæc aut his similia ; in paroxysmo exhibenda , convenient etiam Sternutatoria , Vellicationes , Fomentationes , Ligaturæ , & Enemata acriora subindè injecta , multum prosunt : sicut & Phlebotomia ( si adsit Plathora . ) --- Pudendo admoveantur Moschus , Zibethum , Balsama Apoplectica , & similia: Umbilico autem Emplastrum & Unguenta confecta ex Galbano , Ammoniaco , Tacamahac. Balsam. Peruvi. Ol. Rutæ , Succini , Myrrh. Lavendul. additis Castor. Ass. Fætid. Ol. vel Magister. Jovis .

Extra Paroxysmum ; quæ hactenus memorata sunt excepto Laudano Opato , primum tenent locum . Convenient etiam Alteraria additis Alkalibus fixis , ut Ocul. Cancror. Corall. Bezoard. Mineral. Bezoard. Jovial. Cinnabar. Nativ. ut & omnia Antispasmodica & Uterina : nec non Cathartica , modo ritè intercalata fuerint . Ex. gr.

R. Pulv. Comitiss. VVaruv. Spec. Dianth. aa. 3ß. Ol. succin. gut. iij. Sal. G. C. gr. v. Misce .

R. Pilul. Fætid. 3j. Sal. Cran. Human. gr. vj. Misce , f. Pilulæ pro unica Dosi .

Hæc & his similia saepius repeti debent , vel , si placeat potionis fieri possent ex Purgativis & Hystericis una commixtis , Carminativa & Aromaticæ omnibus qui- bus .

buscumque remediis in hoc affectu adhiberi; solitis  
jure merito adjunguntur.

Diaphoretica etiam bono cum successu exhibentur:  
omnes evacuationes naturales statum naturalem ob-  
servent: & Passiones animi modum excedentes fe-  
dulo coerceantur: ira enim, Mœror, Terror, &c.  
Paroxysmum sæpius in dueunt.

---

## C A P U T   X L I V .

*De Partu difficulti, & Reliquis Puerperarum  
Symptomatis.*

1. Difficilis partus est dolorosa & difficilis fœtus  
expulsio, adeò ut & Matris & Infantis vita  
in periculo verisetur.

2. Dolor satis intensus numquam non partum co-  
mitatur: sed si labores diutiùs quam 24. horas persi-  
stant, & tormenta rariùs adveniant, vel si in Lumbos  
fursùm; non autem in uterum deorsum, terminave-  
rint, jure meritoque *Partus difficultis* nuncupatur.

3. Causa varia est pro vario matris statu, prout vel  
cum morbo aliquo luctatur, vel debilis & tenella exi-  
stit, vel meticulosa & laboribus puerperii resistens &  
obnites. Prout meatus vel angustantur, vel affectu  
aliquo laborant: vel si fœtus major fuerit solidò, vel  
si incommodè locatus fuerit, vel si funi umbilicali in-  
tricatus, vel si ægrotus, debilis, aut mortuus exstite-  
rit, vel si adsit fœtum pluralitas, &c.

4. Si meatus nimium angusti færint, periculum inest  
sed respiratio difficultis, sudores frigidi, leipothymie,  
delirium, convulsiones, lethargia, & similis farinæ  
symptomata omnia infausta & lethalia prædicunt.  
Sternutatio bonum est omen: & si mater erecto sic  
animo & vires suppetant maxima affulget spes.

*Cura.* Omnia impedimenta (quantum fieri potest) sedulò amovenda veniunt. Umbilicus, lumbi & meatus interiores inungantur Unguento *Althææ*, *Ol. Liliræ*, *Rosar.* Si alvus non respondeat injiciantur *Enemata* adiunctis *uterinis*; Si fœtus in Os Pubis recumbat, vel si modo præpostero egredi conetur, retrudendus est in uterum, & in formam legitimam reducendus. Si viæ interiores nimium angustæ fuerint opus est manu Chirurgi. Interea autem, & mater & fœtus corroborentur ex usu *Cardiacorum* quibus *Emenagogæ* haud male adduntur. Ex. gr.

*R. Sal. Volat. Oleoſ. 3fl. Ol. Cinnamom. Aurantia. gat.*  
*x. Misce.* Dosis gutt. xx. in vino Canariensi vel simili vehiculo. Vel,

*2 R. Secundin. Human. Succin. Præpar. Borac. Vener.*  
*xx. gr. vj. Ol. Cinamom. gut. iii. Misce*, f. Pulvis, assumendum in *Aq. Bryon. Comp. & Aq. Meliss.* una commixtis.

Inter *Analeptica Crocus Cinamom.* & eorum tinturæ Extractæ vel *Olea*, *Confect. Alkerm. Conf. de Hydinth.* & similia conferunt; hęc enim non solum matris vires re-focillant & corroborant, sed & ejusdem Nisus promovent. Præter haec tenuis præscripta, addi possent hęc & *Hamagogæ*, viz. *Fel Cervi*, *Hepar*, *Anguil.* *Testicul.* *Equin.* *Castor*, omnia *Sal. Volat.* & *Spir. Secundin. Human. Sanguin.* *Human. Viperar. C.C. Fuligin. Urin. &c. Rad. Aristolo-*  
*ch. Byron. Lilior. Albor. Irid. Folia Matricar. Artemis. Sabin.*  
*Rut. Gum. Galban. Myrrh. Amoniac.*

Præ vehicalis adhibeantur *Aq. Cinnamom. Aq. Bryon. Comp. Aq. Puleg. Artemis. Angelic. Meliss.*

Vinum *Canariense*, *Album*, & *Rhenanum*, & similia si fœtus sit mortuus, & vires permittant addi possent purgantia. Ut, *Colocynth. Helleb. Nigr. Incassum* foret exempla propondere, quandoquidem satis superque trita sint, Eadem etiam media conducunt ad secundinam retentâ expellendam: Sternutatio hoc in casu bene audit. In lochiorum suppressione *Carminativa*, *Aromaticæ*, & *Salia Volat. Ol.* ut omnia *Emenagogæ*, junc̄tis *Cardiacis*, primas obtinent, & si febris augeatur *Absorbentia* & *Balsamina Alexipharmata*, exhibenda sunt. Sed in fluxu lo-

chiorum

chiorum immodico, eadem plane methodo insistendum est; quam in nimio mensium profluxu hactenus proposuimus, Vel.

R. Rad. Tormentill. Pulver. Zij. Laudan. Opiat. gr. iv.  
sirup. à succo plantag. q: f. f. Elecharium.

Externè; Lumbis applicetur tritum & vulgare illud.  
Cataplasma ex Fuligine & Aceto Vini confectum.

In Torminibus à partu, cura causam respicit; &  
si partes ulceratæ in causa fuerint, Vulneraria re-  
quiruntur. Si Lochia acria, & serosa, Adstringen-  
tia & Opiata. Si Lochia suppressa, externis applica-  
tionibus promovenda veniunt. Ex. gr.

4. Spir. Chamomill. Baccar. Laur. aa. Zij. Ol. Sem.  
Anis. Zij. Misce. Hac mixtura fomentetur tota ab  
dominis regio.

Etiam in Fébre Lactea, quæ circiter tres aut qua-  
tuor dies à partu invadere solet, quandò nempe  
vasa lactea obstruuntur & Mamillæ intumuerunt,  
conducit etiam fomentare Mammas hac eadem mix-  
tura; cui si addas Salia Volatilia Urinosa, eò effica-  
cior evadet.

Ut Febris ipsa abigatur, causæ Procatartica re-  
moveantur, & Diaphoretica exhibeantur.

Nota bene, in omnibus hisce casibus suprà nomi-  
natis Purgatio nunquam admittenda est, puta pri-  
mis sex vel octo diebus à partu.